



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Altare

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

§. parens. ff. de lib. agnosc.

Pœnam pro delicto filij non tenetur pater soluere, neque de legitima, neque de alimentis ei debitibus. Mol. l.c. ex Spec. & Pan.

Hæredes patris tenentur alere spurious, Cou. l.c. num. 14.

Si pater, & mater nequeat spurious alere, tenentur aui, proaui, & his maiores. Couar. l.c. num. 16.

Altare, vide *Benedictio, Ecclesia.*

**A**ltare multis modis amittit consecrationem. Primo enormi fractione mensæ. Secundo si fuit mota iunctura, qua mensa stipiti lapideo adhæret. Tertio si moueat, vel frangatur signum sepulchri. Demum si alio quocunque modo formam suam amittat; non tamē si lapis, in quo sit sepulchrum amo- ueatur à ligno. vide *Syl. verb. altare. q. 8. & 9.*

\* Altare notabili fractione consecrationem amittit: vt si calix, & hostia in neutra parte collocari possit. *Lege Sua. t. 3. d. 81. sect. 6.*

Addit. ] Solus Episcopus Altare, & ecclesiam consecrat; Sacerdotes Socie. Iesu quoque pro diissitis Americis prouincijs, concedente Pon-

tifice summo, *Sua. l.c. col. 3.*

Vnctione chrismatis, & benedictione con-

secratur altare. c. *altaria. 2. de consec. d. 1.* Reli-

quiæ sanctorum non spectant ad consecratio-

nis essentiam, & si id quidam dicant ex ea. pla-

gnos

*cuit. d. citra, nec licet reliquiarum loco hostiæ consecratæ particula vti, vt voluit Dur. l. 1. c. 7. vide Sua. l. c. col. 5. Steph. Dur. li. 1. c. 25. num. 5. de rit. eccl.*

De Sacris Reliquijs integrum , Deo bene iuuante, volumen propediem edemus.

Sine altari ab Episcopo consecrato celebrare. p. m. est. non dispensat in hoc Episcopus: & Papa, qui potest, non dispensauit, quod notum sit. 16. Vicit. nu. 98. si absit scandalum, & contemptus , id per negligentiam omittere. m.p. non putat.

*Apostata, vide Excommunicatio, Religio.*

*Appellatio, vide Iudiciales actus.*

*Aqua benedicta, vide Benedictio.*

*Archiepiscopus, vide Episcopus.*

**A**rchiepiscopus, dum visitat prouinciam, potest subditorum Suffraganeis Confessiones per se, vel per alium audire , non autem illos sine suorum Episcoporum licentia confirmare.

\*Cap.fin.de conf. l. 6.

Non autem. 3 Syl. Confirmatio nu. 4. Tol. l. 2. c. 24. nu. 6. ex c. Interdicimus 16. q. 1.

*Archipresbyter.*

**A**rchipresbyter Ecclesiæ Cathedralis potest audire omnes totius Episcopatus